

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Iohannes Magirus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Scripta.

Wo Leichpredigen über der Leich Frauen
Potentiana, Frauen von Volheim/geböhrt
Hohenfelderin / Herrn Sigmund zu Vol-
heim Gemahlin / die erste auß *Ad. VII.* die
ander auß 1. Buch Mos. *XXIII.* Eübingen/
1583. in 4.

Leichpredigt über der Begräbnuß Herrn Rü-
dingers von Stahrenberg/gehalten zu Effer-
dingen / auß Begehren auß dem Lateinischen
ins Deutsche gebracht / und nach des *Authoris*
Tode herauß gegeben / von D. Heerbranden/
auß *Es. XL. v. 1.* *Ibid.* 1584. in 4.

JOHANNES MAGIRUS, Præpo- *N 1537.*
situs Stuttgardianus, auras vitales pri- *Cl. 1570.*
mum hausit Backnangæ Wirtembergici *O. 1614.*
Ducatus Oppido anno 1537. d. 26. Mar-
tii, ubi à Valentino Vannio, tum temporis ibidem
Pastore baptizatus; Pater ejus erat Johannes Koch,
Carpentarius, Mater Magdalena Rürkin. Scholæ
patriæ adhibitus sub moderamine Johannis Breun-
lini ob præclaram indolem & ingenii felicitatem sin-
gularem brevi tempore sic profecit, ut hostibus etiam
hujus Ducatus admirationi esset. Hispani enim,
quos ut Præsidarios milites Carolus V. Romanorum
Imperator post bellum Smalcaldicum Backnangam,
& in alia quædam ditionis Wirtembergicæ oppida
collocaverat, ejus dexteritate in consecratione men-
sæ aliarumque precum recitatione Latine (ætatis An-

L

no

no septimo peracta,) sic capti fuerunt & delectati, ut de puero in Hispaniam abducendo seriò cogitarent. (a) Anno igitur ætatis 13. cum Hispani furtivam ejus abductionem minitarentur, vitricus abstractum illum à Schola arti cuiuspiam mechanicæ mancipavit, in qua tamen non ultra annum occupatus, sed Domino sublimioribus ipsum destinante, ad studia postliminiò retractus Anno 1553. æt. 16. in illustre Principis Wirtembergici Stipendium cooptatus fuit. Primam Philosophiæ Lauream 1555. Calvæ, quo Academia Tubingensis ob grassantem Tubingæ pestem confugerat, accepit, & biennio post Secundam; antequam verò hanc postremam capesseret, gemina Repetitione, seu Professione intra Stipendium, nempe Dialectices & Rhetorices ex mandato Superiorum defunctus est, quo ipso Salarium obtinuit ad persolvendos Magisterii sumtus sufficiens An. 1559. ætatis 22. Stuttgardianæ Ecclesiæ Diaconus, & paulo post in hac ipsa statione permanens vicinarum Ecclesiarum Superintendens constitutus. Anno 1563. æt. 26. Ecclesiæ Vayhinganæ Pastor & Decanus ordinatus, quinquennio post ætat. 31. Generalem Episcopiam una cum Abbacia Maulbronnenfi singulari Ducis Christophori gratia obtinuit, ubi & Angelbergensem Ecclesiam ab erroribus Pontificiorum reformavit. Qua per undecennium multo cum fructu gesta Anno 1578. ætatis 42. ad vacantis Præposituræ Stuttgardianæ munus communibus suffragiis sub pientissimo Principe Ludovico vocatus est, cui maximâ industriâ & felici successu per 36. annos continuos præfuit. In Matrimonium 1559. duxit Annam

(a) *Caroli Memorab. T. I. p. m. 3420*

Annam Frizin, eaque demortuâ An. 1585. Veronicam Grafecciam. Ex quibus factus est Pater quindecim Liberorum, atque ex iis duorum & septuaginta Nepotum, decemque Pronepotum Avus & Proavus, qui collectim supputati 97. descendendum numerum efficiunt. (b) Filiorum unus Jacobus evasit Abbas Lorchensis; alter Johannes, Praepositus Denckendorffensis. Tertius David, J. C. & Professor, quartus Samuel, Pastor Bessigheimensis. Generum ex filia Catharina doctissimum habuit, Joannam Hoeckerum, Diac. Tub. & postea Superintendentem Marpacensem scriptis Philosophicis & Theologicis quondam celebrem. Ex aliis Joh. Huttenlojum, P. Illingensem, Henricum Efferhen, Superintendentem Cantstadiensem, Philippum Heerbrandum, Parochum Syndelphingensem & alios. Ipse Vir erat Andrea Osiandro teste, (c) pietate, doctrina, prudentiâ, rerum usu & autoritate præstantissimus, qui defensione Augustanæ Confessionis contra Ambrosii Wolffii Calviniani calumnias adornatâ, de universa Ecclesia optimè meruit, divinâ memoriâ præditus, inexhaustâ laboriositatis, qui Matthæum Evangelistam alterâ vice; Psalterium ferè integrum, aliòsque Libros Biblicos pro suggestu explicavit. (d) Morti vicinus ex Cantico: Nun freut euch lieben Christen gemein/ verbis citatis: Dañ ich bin dein/ und du bist mein/ und wo ich bleib/ da solt du seyn/ uns soll der Feind nicht scheiden / maximè delectatus; d. 15. Junii, S. Eucharistiam

L 2

(b) *Id. loc. cit.*

(c) *Orat. Funeral. p. 69.*

(d) *Tob. Letter Gensione Funeb. Magiro habet.*

ristiam præsentibus D. Lottero, Antistite, Joh. Andrea Sengero, Medico, Christophoro Schmidlino, Secretario, & tribus Diaconis accepit, memorabili edita Confessione: Ego rejicio, inquebat, omnes falsas doctrinas & sectas, nominatim Calvinianorum, Pontificiorum, Wigelianorum, Anabaptistarum, & præcipuè damno recentes Photinianos toto Corde. Von Hergen / von Hergen. (e) Sed & de Calvinianis divino inflammatus Zelo dixisse fertur: Illos Religionis nostræ jugulum & oculos petere, & ficulneis foliis errores suos palpabiles paliare, itaque diligenter vigilandum esse. (f) De cætero exemplum dedit paternæ Dei providentiæ, quæ hominem ab imò vilissimæ Conditionis fundo per varios Fortunæ Casus, & omnes officiorum Ecclesiasticorum legitimos gradus, ad honorem summum intoto Ducatu evexit; nec minùs memorabile est, quòd cum aliquando Magiro literæ afferrentur fabri lignarii securis ex superiori contignatione inter utrumque Magirum & tabelliferum media tanto cum impetu delapsa fuerit, ut terræ altius infigeretur, illæsis manentibus ambobus. (g) Tandem annis & meritis gravis ex calculo Cantstadii, quo balnei utendi causa concesserat, diem obiit 25. Junii, An. 1614. ætatis 77. Defuncto solenni Oratione parentavit Andr. Osiander Cancell. Tub. totus in laudes Viri, juxta Serpiliurn, inastimabilis effusus. (h)

Con-

(e) Vid. Conc. Fun. à J. Pfeilio habitam, p. m. 73.

(f) Lotter loc. cit.

(g) Osiander l. c. p. 29.

(h) Epitaph Theol. Suev. pag. m. 46. Conf. Echti Supplem. Eccl. Hist. p. 157. seq. It. VVittenii Diar. Biograph. ad annum 1614.

Conciones quoque funebres duæ habitæ una à
Johanne Pfeilio, Diacono Cantladrensi ex 2. Tim. 4.
7. altera Stuttgartiæ à D. Tobia Lottero ex 2. Reg.
13. 14. Exequias prosecutus est nomine Principis
Johannis Friderici, Eberhardus, Baro Limpurgen-
sis, & Princeps Wirtembergicus. Epitaphium
ejus Stuttgartiæ in Templo primario suspensum, ta-
lem præ se tert epigraphen:

JOHANNES MAGIRUS, Backnan-
gæ, Anno 1537. d. 26. Martii natus,
theologus eximius & sincerus IV. Illu-
striss. Ducum Wirtembergicorum Con-
siliarius, Abbas & Generalis Superin-
tendens Maulbronnensis per Annos XI.
Postea hujus Ecclesiæ ad Annos 36.
Præpositus de Ecclesiâ Scholis & Patriâ
optimè meritus: Concionibus suis Li-
bros aliquot Biblicos, imprimis Psal-
terium ad finem ferè perductum ex hac
Cathedrâ utiliter, illustravit; Consiliis
Theologicis exteris quoque inservivit
Ecclesiis; calamo etiam contra Adver-
sarios acriter pugnavit. Functus
Ministerio annos 55. piè in Domino
obdormivit, Anno Domini 1614.
die 4. Julii, Vixit Annos 77, Menses 3.
Dies 9.

*Hoc mihi Proposito: Non est mortale, quod opto;
Veridicum Verbum semper in ore fuit.*

In Effigiem ejus hæc scripsit

M. J. G. Kauz.

Parva quidem faciem benè, Jane Mageire, tabellæ

Exprimit: at toto nomen in Orbe viget.

Scilicet expeteris, coleris, laudaris, amâris,

Cui similem exoptant, Curia, Tempia, Scholæ.

Sed frustra! vetat hoc ingrati Gratia Mundi

Et Spretus veræ Religionis bonos.

Sed bene apud gratos stabit tua fama vicissim,

Nosque tui æternum cura, Mageire, coquet.

Scripta.

Gründliche Widerleanna des unwahrhaff-
ten Buchs Ambrosii Wolffii, welches Er un-
ter dem Titul Augspurgische Confessions-
Historie, außgehen lassen / Tübingen, An.
1580. 5.

Christlicher und gründlicher Bericht/ von dem
auß Befehl des Erh. Bischoffs zu Mecheln
aufgesprengten Symbolo, oder Catholischen
Glaubens, Bekänntnuß/ *ibid.* 1586. 4.

Gegen Bericht wieder D. Marcum zum Lamb
in Heydelberg / darinn erwiesen würd /
daß nicht die Lutherischen/ sondern die Calvi-
nischen und Zwinglianer die Lehre von den
H. Sacramenten und von der Person Chri-
sti verkehren/ Tübingen/ 1592. in 4.

Freue

Treue Warnung für dem falschen Calvinischen
Weg-Weiser/ Georg Hanfelds zu Bretten/
Tübingen/ 1592. in 4.

Antwort auf die schmählliche Abfertigung Dr.
Marren zum Lamb/ mit einer Antwort/ Dr.
Dan. Schadai / auf Dr. Marren Invektivam,
Tübingen/ 1593. in 4.

Epistola sex ad Marbachium scripta apud Fechtium
P. II. p. 746. 749. 752. 756. 799.

Conciones.

Ritter-Predigt bey dem *Actu solenni*, als der
großmächtige König Jacobus I. König in
Engelland / Herzog Friderichen zu Wir-
temberg in die Gesellschaft des Ritterli-
chen Ordens S. Georgen aufgenommen /
Tübingen/ 1604. in 4.

Zwente Ritter-Predigt bey dem *Actu solenni*, als
Herzog Friderich vom König in Frankreich
zum Ritter aufgenommen worden / Tübingen/
1605. in 4.

Eine andere bey jährlicher Celebrirung des Eng-
lischen Ritter-Ordens / Tübingen/ 1605.
in 4.

Investitur-Predigt / bey Einsetzung Hrn. Andreae
Osiandri zum Cankler zu Tübingen / auf
Ephes. IV. 8. 14. Ibid. 1607. 4.

Conc. Funebres.

Eichpredigt über Herrn Matthaeum Grabis-
gaden/ Tübingen/ 1587. in 4.

L 4

Leich